

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

De lege agraria III

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

fit. Hæc ego vos concupisse pro vestra stultitia, atque in-
 temperantia non miror: sperasse, me consule, assequi pos-
 se, demeror. Nam cum omnium consulum gravis in republ.
 euitodienda cura, ac diligentia debet esse, tum eorum ma-
 xime, qui non in canabulis, sed in campo sunt consules fa-
 cti. nulli populo Rom. pro me maiores mei sproponde-
 runt: mihi creditum est: à me petere, quod debeo, me
 ipsum appellare debetis. Quemadmodum, cum petebam,
 si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis de-
 precentur. Quare, modo ut vita suppetat, quamquam ego
 sum is, qui eam possim ab istorum scelere, insidiisque de-
 fendere: polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide rem-
 publ. vigilanti homini, non timido: diligenti, non ignavo
 commisitistis. Ego is consul, qui concionem meam? qui
 tribunos pleb. perhorrescam? qui sæpe, & sine causa tu-
 multuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si
 tribunos pleb. duci iussisset? 1 Ego nondum vestris armis
 armatus, insignibusque amplissimis ornatus, imperio, au-
 thoritate, 2 non horui in hunc locum progredi, vobisque
 auctoribus improbitati hominis resistere: nunc vereor, ne
 resp. tantis munita præsiidiis, ab istis vinci, aut opprimi
 possit? Si antea timuissem, hæc concione, hoc populo,
 certe non vererer. Quis enim umquam tam secunda con-
 cione legem Agrariam suavit, quam ego diffusit? si hoc
 dissuadere est, ac non disturbare, ac pervertere, Ex quo in-
 telligi, Quirites, potest, nihil esse tam populare, quam id,

quod ego vobis in hunc annum consul popularis offero,
 pacem, tranquillitatem, otium. Quæ nobis designatis timeba-
 tis, ea ne accidere possent, consilio meo, ac ratione provi-
 sa sunt. non modo vos eritis in otio, qui semper esse vo-
 lueratis, verum etiam istos, 3 quibus otiosi negotium fa-
 cestimus, otiosissimos reddam. Etenim illis honores, po-
 testates, divitiæ, ex tumultu, atque ex dissensionibus certis
 comparari solent: vos, quorum gratia in suffragiis consi-
 stit, libertas in legibus, 4 honos in iudiciis & æquitate
 magistratus, & res familiares in pace, omni ratione otium
 tenere debetis. 5 Nam, si ii, qui propter desidiæ in otio
 vivunt, tamen in sua corpora inertia capiunt voluptatem: sub
 ipso otio, quo vos fortunam regitis, si hunc & statum,
 quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non ut qua-
 rum, sed vita partum otium tenueritis. 7 Quod ego &
 concordia. quæ mihi constitui cum collega, 8 invitissimis
 iis hominibus, quos in consulatu inimicos esse & animis,
 & corporis actibus providi, omnibus prospexi sanè, & re-
 vocavi. idem tribunis pleb. denuntiavi, quid turbulenti,
 me consule, constarent. Summum, & firmissimum est il-
 lud communibus fortassis præsidium, Quirites, ut, quales vos
 hodierno die maxima concione mihi pro salute vestra præ-
 buistis, taleis reliquis temporibus populo Romano præ-
 beatis. 9 pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo,
 me esse perfecturum, ut jam tandem illi, qui honori invi-
 derant meo, tamen vos universos in consule deligendo
 plurimum videri fateantur.

M. TULLIUS CICERO
 DE
 LEGE AGRARIA,
 CONTRA
 P. SERVILIUM RULLUM,
 TRIBUNUM PLEBIS, AD POPULUM.
 ORATIO DECIMASEPTIMA.

SYNOPSIS.

Accusatus Cicero à tribuni plebis, quod Syllanarum assignationem possessoribus gratificaretur, & legi Agraria Rulli tam velo-
 menter obisteret. His criminationibus respondet hæc oratione Cicero.

QUOMODIUS fecissent tribuni pleb. Quirites, si, quæ 1 apud vos de me deferunt, ea coram potius, me præsentem, dixissent. nam & æquitate vestra disceptationis, & consuetudinem superiorum, & jus suæ potestatis retinuissem.

sed quoniam adhuc præsens certamen, contentionemque fugerunt: nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant, & quod provocati à me, venire noluerunt, revocati saltem revertantur. Video quosdam, Quirites, strepitu significare necio quid, & non eosdem vultus, quos proxima mea

1. Ego nondum vestris armis armatus.] Locos iste totus est fractus, nam Pal. pr. Ego cum vestris, sicque edicit, vet. Pall. sec. Ego cum vestris, &c. Mox ubi hodie legitur: hæc verba perisub, &c. habet Pal. leg. vestris, verba ut P. R. tantum, pr. vestris: nec verba ut P. P. quomodo & olim editi, nisi quod primus resp. Puteanus tenebat; hæc verba tantum mutata præsidii ut resp. ab istis, &c.
 2. Non horui in hunc locum progredi, resistere.] Mf. nostri & editi ante centum & triginta annos, non horui in hunc locum progredi, resistere, quod esse in omnibus sacre adhuc imprestis, excepta Lambiniana, eaque traductibus.
 3. Quibus otiosi negotium facestimus.] Hæc est conjectura Sigonii nam vulgo est, facestimus, at antiquiores edd. quibus otiosi negotium facestimus, quod & in Pal. pr. quippe sec. adijit, æque otiosi reddam, quod atque etiam restat in editione anni CCCCXXXIII, qui tamen, resistimus.
 4. Hinc in iudiciis, & æquitate magistratus, & res familiares in pace.] Pal. hæc in iudiciis, & æquitate magno, res res familiares in pace, neque aliter edito prima, nisi quo & ipsa hæc secunda tamen præter hinc.
 5. Quod ego & concordia.] Editiones planè neuterque, deservientes, sed abeunt ab eis ætate profectionis non aut. Pall. & liber Conjecti.

5. Nam si hic, &c.] Pal. prim. Nam est si. edd. vet. Nam est si, Pal. secund. Tamen à hi.
 6. Statum quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non ut quæsum, sed, &c.] Pal. pr. statum quem habetis esse non ignorati, ut quæsum, sed, &c. sec. statum quem hab. esse non ignorati non quæsum, sed. quo modo habet quoque editio prima: verum secunda retinet, ignorati ut quæsum.
 7. Quod ego & concordia.] Sic Pall. editione secunda, nam prima, ex concordia, quod recepit Lambiniana.
 8. Invitissimis iis hominibus, quos vos in Cons. invitio esse & corporis actibus providi, sec. invitissimus esse hominibus quos vos in cons. invitio esse & cor. poribus actibus providi, atque his scere similia videntur in editionibus exolevis.
 9. Pro certo polliceor hoc vobis, &c.] Palat. sec. atque Erfurd. pro certo repete polliceor, &c.
 & tamen vulgata Latina vix est, erit, si loquamur, digressum.

mea concio. . . voluerunt, in hanc concionem mihi retulisse. Quare a vobis, qui nihil de me credidistis, ut eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, reingatis, peto; a vobis autem, quos leviter immutatos esse sentio, parvam exigui temporis usuram bona de me opinione postulo, ut eam, si, quae dixerit, vobis probabo, perpetuo retineatis: sin aliter, hoc ipso in loco depositam, atque abjectam relinquatis. Completi sunt animi, auresque vestrae, Quirites, me gratificantem septem tyrannis, ceterisque Sullanarum assignationum possessoribus, Agrariae legi, & commoda vestris obfistere. Hae si qui credituerunt, illud prius crediderint necesse est, hae lege Agraria, quae promulgata sit, adimi Sullanos agros, vobisque dividi, aut denique minui privatorum possessiones, ut in eas vos deducantur. Si ostendo, non modo non adimi cuiquam glabam de Sullanis agris, sed etiam genus id agrorum, certo capite legis impudentissime confirmari, atque sanciri: si doceo, agris, qui a Sulla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, ut facile appareat, eam legem, non a vestrorum commodorum patrono, sed a Valgii genero esse conscriptam: num quid est causa, Quirites, quin illa criminatio, qua in me absentem usus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiamque desuperet? Caput est legis XL. de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne aut refricari obductam jam reipubl. cicatrem viderer, aut aliquid alienissimo tempore novae dissensionis commo vere: neque vero nunc ideo disputabo, quod hunc statum reip. non magnopere defendendum putem: praeterim qui otii, & concordia patronum me 2 in hunc annum reipub. professus sum: sed ut doceam, Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se, & de suis factis taceri velit. Omnium legum iniquissimam, dissimilimamque legis esse arbitror, eam, quam L. Flaccus, interrex, de Sulla tulit, UT OMNIA, QUAE BV MQVE ILLE FECISSET, ESSENT RATA. nam cum ceteris in civitatibus tyrannia instituta, leges omnes extinguantur, atque tollantur, hic reipub. tyrannum lege constituit. Est invidiosa lex, sicut dixi: verum tamen habet excusationem, non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. Quid, si est haec multo impudentior? Nam Valeria lege, Corneliisque legibus 3 eripitur, cum datur: conjugitur impudens gratificatio cum acerba injuria: 4 sed tamen habet in illis legibus spem nonnullam 5 ille, cui ademptus est: aliquem scrupulum, cui datus est. Rulli cautio est haec, QUAE POST C. MARIUM, CN. PAPIRIUM, CONSULES. Quam procul a suspitione fugit, quod eos consules, qui adversarii Sullae maxime fuerunt, potissimum nominavit? Si enim Sullam dictatorem nominasset, perspicuum fore, & invidiosum, arbitratus est. Sed 6 quem vestram tam tardo ingenio fore putavit, cui post eos consules, Sullam, dictatorem fuisse, in mentem venire non posset? Quid ergo ait Marianus tribunus pleb. qui nos,

Sullanos in invidiam rapit? QUAE POST MARIUM ET CARBONEM, COSS. agros, aedificia, lacus stagna, loca, 7 possessiones, caelum & mare praetermisit: cetera complexus est. FV ELICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT, a quo Rulle? Post Marium & Carbonem, COS. 8 quis assignavit? quis dedit? quis concessit, praeter Sullam? EA OMNIA EO IVRE SVNT. Quid iure? labelactat videlicet nescio quid nimium aeternum vehementis tribunus pleb. 9 Sullana rescindit: 10 VN QUAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT. Etiamne meliore, quam paterna, & avita? Meliore. At hoc Valeria lex non dicit: Corneliae leges non faciunt: Sulla ipse non postulat. Si isti agri partem aliquam juris, aliquam similitudinem propriae possessionis, aliquam spem diuturnitatis attingunt: nemo est tam impudens istorum, quin agi secum praecare arbitretur. Tu vero, Rulle, quid quaeris? quod habent, ut habeant? quis vetat? ut privatum. At ita latum est, ut melior tui foci fundus Irpinus sit, five ager Irpinus (totum enim possidet) quam meus paternus, avitaque fundus Arpinas. id enim caves. OPTIMO enim iure ea sunt profecto praedia, quae optima conditione sunt. Libera, meliore iure sunt, quam serva. capite hoc omnia, quae serviebant, non servient. Soluta, meliore in causa sunt, quam obligata. 11 eodem capite obligata omnia, si modo Sullana sunt, liberantur. Immunia, commodiore conditione sunt, quam illa, quae pendunt. Ego Tusculanis pro 12 aqua Crabra vestigal pendam, 13 quia à municipio fundum accepi. si à Sulla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. Video vos, Quirites, sicuti res ipsa cogit, commoveri vel legis, vel orationis impudentia, legis, quae jus melius Sullanis praediis constituat, quam paternis: orationis, quae 14 ejusmodi causa insimulare quemquam audeat, rationes Sullae essent nimium vehementer defendere. At si illa solum sanciret, quae à Sulla essent data: tacetem: modo ipse se Sullanum esse confiteretur, sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit: & is, qui à me Sullanis possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit: verum ipse novae assignationes instituit, & repentinus Sulla nobis exoritur. Nam attendite, quantas concessiones agrorum hic noster oburgator uno verbo facere conetur. QUAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. Patior, audio, quid deinde? POSSESSA. Hae tribunus pleb. promulgare ausus est, ut, quod quilibet post Marium & Carbonem, COSS. possidet, id eo iure teneret. 15 quo qui optimo privatum? etiamne si vi eiecit? etiamne si clam, si precario venit in possessionem? Ergo hac lege sua civile, causae possessionum, praetorum interdicta tollentur. Non medioeris res, neque parvum sub hoc verbo furtum, Quirites, laet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam assignati, neque venditi, qui à paucis hominibus impudentissime possidentur, his cavet, hos defendit, hos privatos facit: hos in-

quam

1. Conferuntur atque sanciri. Pal. sec. & Cujac. sanari. praeterim lo-
 cionem receptam.
 2. In hunc annum reipubl. professus sum. Fortasse, annum publicae profess.
 inquit Gulielmus.
 3. Eripitur cum datur. Melius Pall. Cujac. edd. vert. est.
 4. Sed tamen a iudicibus illa legibus spem. Et. Necesso habui revocare
 istam scripturam, cum non modo existeret in Pall. edicitione antiquis-
 sima, sed etiam Turnebianis, ut prodidit ipsemet libro xxx. Advers.
 cap. 16. qui consulatur. vulgo hactenus legitur, sed tamen habet in illa
 legibus.
 5. Ille cui ademptus est, etc. datur est. Mallet Puteanus, ademptum
 esse. etc. datum est.
 6. Quam vestram. Sic Pal. pr. & olim impressi. at sec. & Cujac. us-
 strum: quod minus fortan invidiosum.
 7. Possident, caelum, etc. publicae datas. Turnebus d. cap. emen-
 dandum putat, possidentur publicae, caelum, etc. retracta voce, quae occupa-
 bat ordinem non suum.
 8. Quo assignatis, quis dedit, quis concessit praeter Sullam? Legendum pu-
 tabat Puteanus, quis dedit, quis assignavit, quis vendidit, ut singula Servi-
 liae legis verba repetantur, quod ipsum statim secutus est Lambinus.
 9. Sullana rescindit. Gulielmus tentabat Sulla astra. Pal. nonne sec.

habet Sullanis rescindit.
 10. VN QUAE OPT. Et. Lambinus aliter, quem non sequimur.
 quippe Festus auctores, formulae magistratum adici solent, VTI QUAE
 OPTIMA. LEGE. FERUNT.
 11. Eodem capite obligata omnia. Turnebus d. cap. ait edd. Eodem ca-
 pite nota obligata omnia. & probat, at enim Pall. Cujac. item edd. vert.
 exhibent. Eodem capite subignat omnia: quod ego omnino malum.
 12. Aqua Crabra. M. & antiquae edd. Crabra. sed in epistolis ad Ti-
 ronem, ut haec Crabram vocat. De Crabra quid agatur, est non quidem
 sitam nimum est aqua, tamen velis scire. Gulielmus.
 13. Quia à municipio fundum accepi. Si libris standum tam vix, quam
 calcis edicitionibus, restituendum: quia municipis fundum, videndum tam-
 en, an illa immunitas, quae municipio accepta: annotatum Gulielmo.
 14. Ejusmodi causa. Cujusmodi ea est quam Rullus suscepit, quae
 cum Sullae acta confirmet maxime, impudentissime Rullus cum suspi-
 cionem impingit Ciceroni. hanc sententiam elici posse ex his verbis
 non putarunt, qui ad conjecturas constringunt, Gulielmus.
 15. Quo qui optimo privatum. Et à Turnebo. hactenus absuit particu-
 lula qui: quae tamen non ideo est in Pall. Cujac. sur vert. edd. in qui-
 bus solum, quod optime.

quam, agros, quos Sulla nemini dedit, nullus non vobis assignare vult, sed eis condonare, qui possident. Causam quero, cures, quæ majores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia quæ fuerunt venire patiamini, eum ea, quæ vestra sunt, condonari possessoribus eadem lege videatis. Jam, totam legem, intelligetis, cum ad paucorum dominationem scripta sit, 1 ad Sullanæ assignationis rationes esse accommodatissimam. nam socer hujus, viz multum bonus est: neque ego nunc de illius bonitate, sed 2 de generi impudentia disputo. ille enim, quod habet, retinere vult: neque se Sullanum esse dissimulat. Hic, ut ipse habeat quod non habet, quæ dubia sunt, per vos sancire vult: & cum plus appetat, quam ipse Sulla: quibus ego rebus resisto, Sullanæ res defendere criminor. Habet agros nonnullos, inquit, socer meus desertos, atque longinquos, vendet eos mea lege, quanti volet. habet incertos, ac nullo jure possessos: confirmabuntur optimo jure. habet publicos: reddam privatos, denique eos fundos, quos in agro Casinati optimos, & fructuosissimos confirmavit, cum usque eò vicinos proscriberet. 3 quoad oculis confisumando, ex multis prædiis unam fundi regionem,

formamque perfecit, quos nunc cum aliquo metu tener, sine ulla cura possidebit. Et, quoniam, qua de causa & quorum causa ille hoc promulgavit, ostendi doceat ipse, num ego quem possessorem defendam, cum Agraræ legi resisto. Silvam Scantiam vendis, resp. possidet: defendo. Campanum agrum dividis, resp. possidet: defendo. Deinde Italiae, Siciliae, cæterarumque provinciarum possessiones, venales, ac proscriptas hæc lege video: vestra sunt prædia, vestrae possessiones, resistam, atque repugabo: neque patiar, à quoquam populam Romanam de suis possessionibus, me consule, demoveri: præsertim cum vobis nihil queratur. 4 Hoc enim vos errore versari diutius non oportet. Num quis vestrum ad vim, ad facinus, ad eadem accommodatus est? nemo. Atqui ei generi hominum, mihi credite, Campanus ager, & præclara illa Capua servatur: exercitus contra vos, contra libertatem vestram, contra Cn. Pompejum constituitur: contra hanc urbem, Capuat contra vos, manus hominum audacissimorum: contra Cn. Pompejum, decem duces comparantur, & quoniam me in concionem vestram, 5 vobis flagitantibus, convocaverunt, differant.

M. TULLIUS CICERO

PRO

C. RABIRIO,

PERDVELLIONIS REO,

A D

QUIRITES,

ORATIO DECIMA OCTAVA.

SYNOPSIS.

Questio. An Rabirius à crimine perdvellionis sit absolvendus. Accusator. T. Labienus pleb. cujus patruus Q. Labienus cum L. Apuleio Saturnino (hic ut Glauciam Consulem faceret, Memmii consularum virum candidatum interfecerat, quo nomine Consules ex SC. armati Saturninum persequuntur. E Capitolio, ubi confugerat, Saturninus, cum fide publica descendisset in curiam, ut viri more causa traheretur, lapidibus est obrutus: Glaucia fracta cervix: Labienus captus: caput Saturnini per ludibrium à Rabirio per convivia circumlatum) interfecit. Reus C. Rabirius. Patronus Rabirii Cicero: A&A (quod perdvellionis causa esset) ad populam, Comitibus Censurati Annovibus 690. Eventus Metellus Celer, Prætor, & Augur, astu venulo à laticulo remoto, populi situm, qui in campo Centuriatum publicabat, irritum fecit. Nec T. Labienus accusator eam questionem inflaturate alio die curavit.



T 1. Quirites, non est mea consuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de causa quemque defendam, propterea quod cum omnibus civibus in eorum periculis semper satis justam mihi causam necessitudinis esse duxi: tamen in hac defensione capitis, famæ, fortunarumq;

omnium C. Rabirii, proponenda ratio videtur esse officii mei: propterea quod, quæ justissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri. Nam me cum amicitia, nam vetustas, tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum mea vitæ perpetua consuetudo, ad C. Rabirium defendendum esse adhortata: tum verò, ut id studiosissimè facerem, salus reip.

1. *Tom ad Sullonæ.* Jam nunc primum accedit particula tam, è Pall. Cujac. & vet. eod.

2. *De generi impudentia.* Ita rectè P. Manucius, inepte prius de generi. Kollum enim tangit Valgii generum.

3. *Quoad oculis confirmando.* In editis vetustè, item Pall. & Cujac. legitur, oculis confirmando; ideoque excludere non potuit: tanto quidem minus: quod vulgata, oculis confirmando, parum heic quadraret, ob ea quæ proxime præcesserant. Gulielmus nostrum illud mutabat in, oculis confirmando. sequitur enim, unam fundi regionem formamque perfecit. non damno, fuit etiam quod idem legeret, confirmando. eandem sanè insaniam cupidorum notat Horatius.

4. *Si angulus ille*

Proximè accedat, qui nunc deservat Agellum.

5. *Hoc enim vos errore versari diutius non oportet.* Sine præpositione edidit ex auctoritate Pall. Cui imo & veterimè editè vulgata hæctenus in errore, minus rectè certè non necessario, nam veterum, est iudicari & rideri quod ostendit jam pridè in Plautinis quæstibus Gulielm. n. acter. 5. *Vobis flagitantibus convocaverunt.* Verbum convocare aptè dicitur de multis, nescio an etiam de uno, annotat Gulielmus. malim igitur, vobis flag. consulon vocarent. quod valde sit heic grave, & tanquam in bono lumine positum verbum, error nasci potuit compendio scripserunt. con. vocarent, sanè facile.